

in sinistra remansit, frangit particulam, dicens :

Qui tecum vivit et regnat
in unitate Spíritus sancti
Deus.

Aliam mediam partem cum ipsa
sinistra ponit super Patenam; et dex-
tera tenens particulam super Cali-
cem, sinistra Calicem, dicit :



Per o-mni-a sæ-cu-la sæ-cu-



lo-rum. R. A-men.

Cum ipsa particula signat ter super
Calicem, dicens :



Pax ✠ Do-mi-ni sit ✠ semper



vo-bis ✠ cum. R. Et cum spi-



ri-tu tu-o

Particulam ipsam immittit in Cali-
cem, dicens secrete :

HÆC commixtio et conse-
cratio Corporis et Sán-
guinis Dómini nostri Jesu
Christi, fiat accipiéntibus
nobis in vitam ætérnam.
Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, sur-
git, et inclinatus Sacramento, junctis
manibus, dicit :

Agnus Dei, qui tollis pec-

cata mundi, dona eis ré-
quiem.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi, dona eis ré-
quiem.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi, dona eis ré-
quiem sempitérnam.

Deinde junctis manibus super Al-
tare, inclinatus dicit sequentes Ora-
tiones :

DOMINE Jesu Christe, Fili
Dei vivi, qui ex volun-
tate Patris, cooperante Spí-
ritu sancto, per mortem
tuam mundum vivificasti :
libera me per hoc sacrosán-
ctum Corpus, et Sanguinem
tuum, ab ómnibus iniqui-
tátibus meis, et univérsis
malis : et fac me tuis semper
inhærere mandátis, et a te
numquam separári permít-
tas. Qui cum eódem Deo
Patre et Spíritu sancto vivis
et regnas Deus in sæcula
sæculórum. Amen.

PERCEPTIO Córporis tui, Dó-
mine Jesu Christe, quod
ego indignus súmerè præ-
súmo, non mihi provéniat
in júdicium et condemna-
tiónem : sed pro tua pietáte
prosit mihi ad tutaméntum
mentis et córporis, et ad
medélam percipiéndam. Qui
vivis et regnas cum Deo Pa-

tre in unitate Spíritus san-
cti Deus, per ómnia sæcula
sæculórum. Amen.

Genuflectit, surgit et dicit :

PANEM coeléstem accípíam,
et nomen Dómini invo-
cábo.

Deinde parum inclinatus, accipit
ambas partes Hostiæ inter pollicem,
et indicem sinistrae manus, et patenam
inter eundem indicem et medium, et
dextera percutiens pectus, elevata ali-
quantulum voce, dicit ter devote et
humiliter :

DOMINE, non sum dignus,
ut intres sub tectum
meum : sed tantum dic ver-
bo, et sanábitur ánima mea.

Postea dextera se signans cum Ho-
stia super Patenam, dicit :

CORPUS Dómini nostri Jesu
Christi custódiat áni-
mam meam in vitam ætér-
nam. Amen.

Sumit reverenter ambas partes Ho-
stia, jungit manus, et quiescit aliquan-
tulum in meditatione sanctissimi Sa-
cramenti. Deinde discooperit Calicem,
genuflectit, colligit fragmenta, si quæ
sint, extergit Patenam super Calicem,
interim dicens :

Quid retribuam Dómino
pro ómnibus, quæ retrí-
buit mihi? Cálicem salutáris
accípíam, et nomen Dómini
invocábo. Laudans invocá-
bo Dóminum, et ab inimí-
cis meis salvus ero.

Accipit Calicem manu dextra, et eo
se signans, dicit :

SANGUIS Dómini nostri Jesu
Christi custódiat áni-
mam meam in vitam ætér-
nam. Amen.

Sumit totum Sanguinem cum parti-
cula. Quo sumpto, se purificat.

Postea dicit :

QUOD ore sumpsimus, Dó-
mine, pura mente ca-
piámus : et de múnere tem-
poráli fiat nobis remédium
sempitérnum.

Interim porrigit Calicem ministro,
qui infundit in eo parum vini,
quo se purificat : deinde prosequi-
tur :

CORPUS tuum, Dómine,
quod sumpsi, et Sanguis,
quem potávi, adhæreat vi-
sceribus meis : et præsta, ut
in me non remáneat scéle-
rum mácula, quem pura
et sancta refecerunt sacra-
ménta. Qui vivis et regnas
in sæcula sæculórum. A-
men.

Abluit digitos, extergit, et sumit
ablutionem, extergit os, et Calicem,
quem operit, et, plicato Corporali,
collocat in Altari ut prius : deinde
prosequitur Missam.

Dicto post ultimam Orationem, *ŷ*.
Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu
tuo, dicit *ŷ*. Requiéscant in pace. R.
Amen.

In Missis solemnibus hoc tono
cantatur :



Re-qui-e-scant in pa-ce.

Deinde Sacerdos inclinat se ante
medium Altaris : et manibus junctis
super illud, dicit :

PLACEAT tibi, sancta Trini-
tas, obséquium servitú-
tis meæ, et præsta : ut sa-
crificium, quod óculis tuæ
majestátis indignus obtuli,
tibi sit acceptábile ; mihi-
que, et ómnibus, pro quibus
illud obtuli, sit, te miserán-
te, propitiábile. Per Chri-
stum Dóminum nostrum.
Amen.

Deinde, osculato Altari, legit Evan-
gelium sancti Joannis.

✠ **I**nítium sancti Evangélii
secúndum Joánnem. **c. 1.**

R. Glória tibi, Dómine.

IN princípío erat Verbum,
et Verbum erat apud
Deum, et Deus erat Ver-
bum. Hoc erat in princípío
apud Deum. Omnia per ip-
sum facta sunt : et sine ipso
factum est nihil, quod fa-
ctum est ; in ipso vita erat, et
vita erat lux hóminum : et
lux in ténebris lucet, et té-

nebræ eam non comprehen-
derunt. Fuit homo missus a
Deo, cui nomen erat Joán-
nes. Hic venit in testimó-
nium, ut testimónium per-
hibéret de lúmine, ut omnes
créderent per illum. Non
erat ille lux, sed ut testimó-
nium perhibéret de lúmine.
Erat lux vera, quæ illúminat
omnem hóminem veniéntem
in hunc mundum. In
mundo erat, et mundus per
ipsum factus est, et mundus
eum non cognóvit. In pró-
pria venit, et sui eum non
recepérunt. Quotquot au-
tem recepérunt eum, de-
dit eis potestátem filios Dei
fieri, his, qui credunt in
nómine ejus : qui non ex
sanguínibus, neque ex vo-
luntáte carnis, neque ex vo-
luntáte viri, sed ex Deo
nati sunt. (**Hic genuflecti-
tur**). **ET VERBUM CARO FA-
CTUM EST, et habitávit in no-
bis ; et vídimus glóriam ejus,
glóriam quasi Unigéniti a
Patre, plenum grátia et ve-
ritátis. R.** Deo grátias.

Finito Evangelio sancti Joannis,
discedens ab Altari, pro gratiarum
actione dicit Antiphonam Trium pue-
rórú, cum reliquis.

MISSÆ

PRO DEFUNCTIS.

IN COMMEMORATIONE
OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Introitus.



REQUIEM ætérnam dona
eis, Dómine : et lux perpé-
tua luceat eis. **Ps. 64.**
Te decet hymnus Deus
in Sion, et tibi reddétur
votum in Jerúsalem :
exáudi oratióne meam, ad te omnis
caro véniet. **Deinde absolute repetitur**
Requiem ætérnam dona eis, Dómine :
et lux perpétua luceat eis.

Oratio.

FIDELIUM Deus ómnium Cón-
ditor et Redémptor, animábus famulórum
familiarúmque tuárum remissionem
cunctórum tribue peccatórum : ut
indulgéntiam, quam semper optavé-
runt, piis supplicatióibus consequán-
tur. Qui vivis.

Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios. **1. c. 15.**

FRATRES, Ecce mystérium vobis dico :
Omnes quidem resurgémus, sed
non omnes immutábitur. In mo-
ménto, in ictu óculi, in novíssima
tuba : canet enim tuba, et mórtui
resúrgent incorrupti : et nos immutá-
bitur. Opórtet enim corruptibile
hoc indüere incorruptiõem : et mor-
tále hoc indüere immortalitatem. Cum
autem mortále hoc indüerit immorta-
litétem, tunc fiet sermo, qui scriptus
est : Absórpta est mors in victória.
Ubi est mors victória tua? Ubi est
mors stímulus tuus? Stímulus autem

mortis peccátum est : virtus vero pec-
cáti lex. Deo autem grátias, qui dedit
nobis victóriam per Dóminum no-
strum Jesum Christum.

Graduale. Réquiem ætérnam dona
eis, Dómine : et lux perpétua luceat
eis. **Ps. 111.** In memória ætérna
erit justus : ab auditióne mala non
timébit.

Tractus. Absólve, Dómine, ánimas
ómnium fidélium defunctorum ab
omni vínculo delictórum. **Ps.** Et grátia
tua illis succurrénte, mereántur evá-
dere júdicium ultiónis. **Ps.** Et lucis
ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Sequentia.

DIES iræ, dies illa,
Solvét sæclum in favilla,
Teste David cum Sibylla.
Quantus tremor est futúrus,
Quando Judex est ventúrus,
Cuncta stricte discussúrus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepúlchra regiónum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupébit, et natúra,
Cum resúrget creatúra,
Judicánti responsúra.
Liber scriptus proferétur,
In quo totum continétur,
Unde mundus judicétur.
Judex ergo cum sedébit,
Quidquid latet, apparébit :
Nil inúltum remanébit.
Quid sum miser tunc dictúrus?
Quem patrónum rogáturus,
Cum vix justus sit secúrus?